Hugo <Argentinensis>; Bernoldus <Caesariensis>; Dorniberg, Thomas [Oth.]: Compendium theologicae veritatis / Hugo Ripelin von Straßburg. [Enth.davor:] Distinctiones de tempore et de sanctis quarum declarationes ex compendio theologicae veritatis capiuntur / Bernoldus de Caesaria: [Mit Tabula von Thomas Dorniberg]

Ulm: Johannes Zainer, [ca. 1478/81] Seite 85



Item in quibusdā est interminabilitas essencie sed non vite · vt
in corporibus celestibus ad quoꝝ differenciā addit᷑ vite De deo
aũt dicit Aug9: Qd solus dicit᷑ habere īmortalitatem. In omni
eniʒ mutabili natura nonnulla mors est ipsa mutatio quia facit
aliquid in ea non ēē quod p̄us erat. Vñ ꝯ homo qñ nascitur q̊
dammodo incipit mori. In q̊busdā est interminabilitas vite sed
tñ cũ miseria et infelicitate vt in demonibus et damnatis · : Ad
quoꝝ differenciā addit᷑ possessio. In cuius intellectu est iocũdi-
tas felicitat̃. Quia tunc possessio rei alicuius dr̃ qñ ad libitũ ha
betur. In quibusdā est interminabilis vite possessio. Sed tñ nō
tota. vt in hominib9 beatis ante iudiciuʒ quoꝝ est btitudo ƀm
partem anime et non corꝑis. Ad quoꝝ drãm dicitur tota. qꝛ
totũ est non diminutum · vel cui nihil est extra. In quibusdā ē
interminabilis vite possessio tota vt in āgelis beatis añ iudiciũ
quia ƀm totam sui subam habent felicem et interminabileʒ vitā
Sed tamen non simul cũ aliqua sit in eis successio reuelationuʒ
et gaudioꝝ. Ad quoꝝ drãm ponitur simul. In quibusdaʒ est
interminabilis vite possessio tota simul. sed tñ nō ꝑfecta eo mō
quo nos dicimus perfectum nullo indigens · sic est in angelis
et hominibus beatis post iudicium. Ad quoꝝ drãm additur ꝑ
fecta .i. nullo indigens ad suum beatũ esse. Patet ex predicta dif
finitione ꝙ tres ponunt᷑ ibi ꝯditiones q̄ sunt īseꝑabiles ab eter
nitate increata que deus est. scʒ interminabilitas ibi intermīalis
vite possessio. Item inuariabilitas ibi tota simul. Nihil enim va
riabile est totum simul. Item simplicitas ibi perfecta. Illud eniʒ
sũme ꝑfectũ est cui non est possibilis aliqua additio. Per p̊muʒ
seꝑatur deus ab omni corruptibili. Per ƀm ab omni variabili.
Per terciũ ab omni composito. Igitur nota ꝙ illud quod carʒ
principio et fine dicitur eternũ vt deus cuius esse interminatũ
ē. Sed q̄ principiũ hñt et fine carent dicunt᷑ ꝑpetua vt āgeli et
hoīes. que vero principiũ et finē hñt dicunt᷑ temporalia vt cor
ruptibilia et vegetabilia et sensibilia vt bruta et hmōi.

## De incōmutabilitate dei. Capi: xix

IMmutabilis est deus. et impmũtabilis et incōmutabil̃
Immutabilis est qꝛ ñ cadit in eũ motus accidentalis. s.
augmentum Leo papa simplici diuinitatis nature nil
addi vel minui potest. qꝛ semper est quod est. Item nec dīnutio
Malach. Ego deus et non mutor. Item nec alteratio Jacobi .i.
Apud quē nō est transmutatio nec vicissitudinis obumaratio
Item nec ƀm locum mutatio qꝛ vbiqꝫ pñs est Ysa. Celũ ꝯ terrā

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-163/0084
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG